



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &  
Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

Quando Confessio reiteranda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

suum reservatorum absolutione difficultia oecurrunt. Quod si ipse Pœnitentiarius à tali casu possit absoluere, tum modum illi prescrivimus, vel à nobis, vel a iudeo unde necesse sit, remedia talibus negotijs opportuna adhibendi.

Si pœnitentem aliquo excommunicationis viuculo reperiat ligatum, serio commonefacies eum pœnæ excommunicationis, & quæ gravitas illius, quamque periculorum in ea perseuerare, quantaque cum diligentia fugienda sit excommunicationis: quod commodè fiet, si effectus illi demonstret nonnullos excommunicationis.

Interroget utrum sciat hæreticum aliquem, vel de hæresi suspechtum, vel simile quipiam, quod iuxta vel nostra edita, vel eorum, qui Inquisitores vocantur, leges denunciare teneatur. quod si pœnitentem ad tale quid aperiendum cognoverit teneri, curet ab eo satisfieri; ut si negligentia sua factum est, postquam apud eum hæretici, vel suspecti de hæresi alicuius notitia fuit, ut terminus his denuntiationibus praefixus transferit, eo articulo iubebit, ut licentiam impetreret, qua absoluui possit: non enim satis tempestiuè perfecit denuntiationem ut debebat.

#### *Quando Confessio reiteranda.*

Circa confessiones antegressæ vitæ, debent ex interrogations fieri quæ sunt ad cognoscendum necessariæ; Num aliquo in peccato erratum sit ab integritate confessionis ob quod nullius ponderis, neque virtutis extitissent ceteræ confessiones, ac proinde reiterandæ essent. Exempli gratia, si pœnitens alicui confessus sit, qui eum absoluere non potuerit, vel qui

legi-

legitima absolutionis forma usus non fuerit; vel Sacerdoti adeo indocto, ut ea quæ ad hoc Sacramentum administrandum requiruntur, nec intellexerit, nec sciuerit; vel etiam si ipsemet aliquod peccatum mortale sciens subiucerit, vel confessionem diuiserit, enumerata parte peccatorum suorum vni Confessario, alteri altera; vel ad extremum, si nullo penitus cum dolore de peccatis suis, nullove deliberato emendandi proposito, confessus sit; vel, quod etiam contingit interdum, si nullam omnino diligentiam in memoria peccatorum refricana videatur contulisse.

*Confessio generalis quando facienda.*

Et quoniam cernere est, negligenteriam maximum in confessionibus ritè faciendis sæpenus numero committi, præcipue vero eo tempore, quo quidem repudiatio a se Dei timore, vel minimam prorsus, vel nullam animæ suæ curam gerere putantur, ut potius veniant ad confessionem ex certa quadam agendi consuetudine, quam quodd peccatorum suorum agnitione eo perducantur, & vitam emendandi vera desideria suscepint: in uniuersum quidem ob summam commoditatem, quæ ex confessione generali redundat, tum præsertim cum ex animo quisquam statuerit in posterum vitam in melius commutare, & totum se ad Deum couertere; Confessarij pro cuiusque personæ qualitate, opportuno tempore, & loco ad generalem quandam confessionem pœnitentes exhortentur, vel per hanc, proposita omni præterita vita ubi ob oculos, maiore cum alacritate redeant

Ff 2

ad Dog